



## Liceo Classico “G.B.Morgagni”

### Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE CLASSICO / SCIENTIFICO

#### FIEREZZA DI TEOSSENA

Theoxena et liberi navem, praeparatam a Poride<sup>1</sup>, de tertia vigilia conscendunt, tamquam redituri Thessalonicam; sed traicere in Euboeam erat propositum. Ceterum in adversum ventum nequiquam eos tendentes prope terram lux oppressit; et regii milites lembum armatum ut retraherent eam navem miserunt. Cum iam appropinquabant, Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat; interdum manus ad caelum tendens, deos, ut ferrent opem, orabat. Ferox interim femina venenum parat ferrumque ostendit, et, posito in conspectu poculo strictisque gladiis, “Mors” inquit “una vindicta est. Viae ad mortem hae sunt. Agite, liberi mei, primum, qui natu maiores estis, capite ferrum, aut haurite poculum, si signior mors iuvat.” Et hostes aderant et auctor mortis instabat. Alii alio leto absumpti<sup>2</sup>, semianimes e nave praecipitantur. Ipsa deinde virum, comitem mortis, complexa, in mare sese deiecit. Nave, vacua dominis, regii potiti sunt.

#### Dopo aver tradotto rispondi ai seguenti quesiti.

1. Individua la tipologia delle varie subordinate esplicite.
2. “*Cum ... appropinquabant*”: quali altri usi di “*cum*” conosci?
3. Individua i vari participi e precisane la natura grammaticale e la funzione sintattica.
4. Individua la tipologia dei pronomi presenti nel passo.

---

<sup>1</sup> Poride, marito di Teossena.

<sup>2</sup> *Alii alio leto absumpti*: “presi gli uni da un tipo di morte, gli altri da un altro...”.



## Liceo Classico “G.B.Morgagni”

### Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE LINGUISTICO / SCIENZE UMANE

#### IL SACRIFICIO DI IFIGENIA

In Aulidis portu ventis adversis Graecorum naves detinebantur. Tum Calchas, vates interrogatus: “Naves, inquit, retinentur ob Agamemnonis impium facinus, qui cervam Dianae necavit; nullo modo classis moveri potest, nisi sacrificio Iphigeniae, regis filiae, ira deae permulcebatur”. Agamemnon primum recusavit tam taetrum facinus, sed tandem, multorum precibus commotus, voluntati eorum indulsit. Itaque virgo, numptiarum simulatione in castra advocata, aris admovetur. Ut fatum suum cognovit, misericordiam patri smovere studebat, qui summo dolore torquebatur. Postea, caritate patriae impulsus, se morti devovit. Sed manus sacerdotum, iam virginem immolaturas, Diana retinuit. Dea enim, misericordia mota, cervam misit in aram, Iphigeniam in terram Tauricam traduxit.

**Dopo aver tradotto rispondi ai seguenti quesiti.**

1. Trasforma all’attivo la prima frase.
2. *ob... facinus* (r. 2): in quali altri modi si può esprimere questo complemento?
3. *eorum* (r. 5): quale la differenza nell’uso di *suus* e di *eius*?
4. *advocata* (r. 5): indica di questo verbo tutti i participi e la loro diatesi (attiva e passiva)
5. *cognovit* (r. 6): da che verbo deriva? Indica tutte le forme dell’infinito attivo.



## Liceo Classico “G.B.Morgagni”

### Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL TRIENNIO

#### DISCORSO DI GALBA A SUO SUCCESSORE<sup>1</sup>

“Si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus eram a quo res publica inciperet: nunc eo necessitatis iam pridem ventum est, ut nec mea senectus conferre plus populo Romano possit quam bonum successorem, nec tua plus iuventa quam bonum principem. Sub Tiberio et Gaio et Claudio unius familiae quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit quod eligi coepimus; et finita Iuliorum Claudiorumque domo optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari et nasci a principibus fortuitum, nec ultra aestimatur: adoptandi iudicium integrum et, si velis eligere, consensu monstratur. (...) Monere diutius neque temporis huius, et impletum est omne consilium, si te bene elegi. Utilissimus idem ac brevissimus bonarum malarumque rerum dilectus est cogitare quid aut volueris sub alio principe aut nolueris; neque enim hic, ut gentibus quae regnantur, certa dominorum domus et ceteri servi, sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt nec totam libertatem”.

(Tacito, *Historiae*)

1. Quali momenti dell’evoluzione politica dello Stato Romano si evincono dal testo proposto?
2. Nel mondo attuale come si possono declinare i concetti di libertà e democrazia?

---

<sup>1</sup> Pisone.